



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuiſimiè explicantur

Gavanti, Bartolommeo

Antverpiæ, 1634

Candido Lectori Andreas Brogiottvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40244

C A N D I O L E C T O R I

ANDREAS BROGIOTTVS.



E c Sibyllæ folia , in quibus scriebantur oracula , & quæ autis caelestibus afflati olim solita fuisse , Poëtae suis fabulis memoriz prodiderunt , tam citò per antrum spargebantur , quām citò per Vrbem , atque hinc per Orbem vix typis missa , ex officiis Bibliopolarum volitarunt eruditissima Commentaria in Rubricas Missalis & Breuiarij Romani , à R. P. D. Bartholomæo Gauanto Clerico Regulari S. Pauli diligentissimè elaborata . Fuerit dignitas planè celestis Rituum Sacrorum , quorum traditur accuratissima cognitio : fuerit nobilitas præclarissimi Ordinis , qui aurea veluti Catena , dum gemmas sacratum eruditissimum in vnius Voluminis aureo tamquam monili conclusit , illustriores effect : fuerit demum vtilitas , seu necessitas præstantissimi Operis , plenissimique sacre delectationis , quæ vniuersos pñè Ordines Reipublicæ Christianæ , vt emerent , ac lexitarent , pellexit : illud certè vero est verius , tam felicibus auspicijs in lacem Opus produisse , vt prodire iterùm homines sapientissimi , non cupiant solum , verùm rogite etiam vehementius ; rara Operum felicitate , his præsertim temporibus , in quibus librorum superefluens copia legendi satietatem inuenit . Quorum ego honestissima postulationi ita occurrentum existimauit , vt nouis , super trecentas , præclarissimis Annotationibus ditatum Opus , ijsque Romanâ lance non semel examinatis , illustrioris Tituli nouum præferat in fronte decus . Ac quemadmodum in eo congesta conclusaque sunt Christiana pietatis , & diuini cultus , pretiosissimæ opes , vt vix quidpiam in hac parte desiderare aliud religio hominis solertissimi possit ; non secus , vt rerum opulentissima dignitati nominis præstantia responderet , *Thefaurus Sacrorum Rituum* deinceps appetetur .

Sed Thesauri , qui vel in publico Ciuitatis , vel in Cæsaris loco inueniuntur , dimidium esse Cæsaris , dimidium Inuentoris naturalem æquitatem secuti Romani Principes præclaris Constitutionibus olim statuerunt : opportunè ad rem meam , atque ex animi sententia ; An melius optari quidpiam à me poterat , quām vt Thesaurus hic à me inuentus , ipso vel luce Cæfareo , Summo deberetur Pontifici , ac integrerrimo eiusdem Nepoti ; quorum alterum rerum Sacrarum Arbitrum supremum , alterum proximum Ministrum cælestis prouidentia Ecclesiæ sua dedit . Curæ igitur secundæ huius excedendi Operis omnis prorsus expertes sunt curæ , cùm nouæ Epistolæ nuncupatoriæ , tum exquirendi Sacri Principis , cui possent hæ iterùm dicari . Priorem enim partem V R B A N I VIII . Pont . Maximi , alteram esse Francisci Cardinalis Barberini , non loci possessio , in quo inuentus Thesaurus est , sed Maiestas nominis , quo inscriptus est , apertissimè demonstrat .

Si quæ mihi pars Inuentori abueniret , ea demum tota eorumdem est , quibus ego iam pridem , & mea , & me ipsum lubentissimè deuoui . Vale candide Lector , & Thesauro in compendium missis sospes fruere .

FRAN-